DE NOTIS SENTENTIARVM.

Nota est figura propria in litterae modum posita ad demonstrandam unamquamque uerbi sententiarumque hac uersuum rationem. Quaedam autem scripturarum notae apud celeberrimos auctores fuerunt, quasque antiqui ad distinctionem scripturarum carminibus et storiis apposuerunt. Notae autem uersibus adponuntur numero uiginti et sex, quae sunt nominibus infra scriptis.

※ Asteriscum Arisfanes repperit. Haec autem aposita est ab Origine ab his quae a Septuaginta omissa sunt et in Hebreo habentur, scilicet ut inlucescerent pro eam notam quae deesse uidebatur. Stella enim aster dicitur Graeco sermone a quo asteriscus est diriuatus.

— Obolos id est uirgula iacens adponitur in uerbis uel sententiis superflue iteratis siue in his locis ubi lectio aliqua falsitata est, ut quasi quaedam sagitta iugulet superuacua atque falsa confodiat. Sagitta enim Graece obolus dicitur.

∸ Obolus superne adpunctus ponitur in hisdem de quibus dubitatur utrum tolli debeant nec apponi.

÷ Limniscus id est uirgula inter geminos punctos iacens opponitur in his locis quae sacrae scripturae interpretes eodem sensu sed diuersis sermonibus transtulerunt.

V̇ Antigrafus autem cum puncto apponitur ubi in translationibus diuersus sensus habetur.

---

**2** litterae modum] modum litterae **G** | demonstrandam] demonstrandum **V A** **3** hac] ac **M B** **5** distinctionem] distinctione **P V A** | storiis] historiis **H M B** autem] autem quae **B** **6** uiginti … sex] XX et sex **G B**, XX et VI **H** | infra scriptis] *B om.* **7** Asteriscum] Asteriscus **V** *p.c.*, Astericus **G** | ab$^2$ … 8 quae] ab his quia **P**, ab his qui **G**, his quae **M B** **8** Septuaginta] Septuginta **M** | ut] et **G** **9** pro] per **V** *p.c.*, **H M B** | notam] semper **V A** | uidebatur] uidebantur **H M B** Stella] Stellam **P V** *a.c.* **A** *a.c.* | Graeco] *in* **G** *scriba correxit -o in -e dum scripsit* **10** a quo] **P** *p.c.* **11** Obolos] Obelos **V** *p.c.* **H** *p.c.*, Obolus **G M**, Obelus **B** **12** falsitata] falstitate **G**, falsitate notata **M** *p.c.* **B** | quaedam] quadam **A** **13** confodiat] confodiar **P G**, confodiet **V** *a.c.*, confodiat, ne apponantur **B** Sagitta] Sagittata **P M** *a.c.* | Sagitta … 15 apponi] *desinit in* **B** | obolus] obulus **V** **14** Obolus] Obulus **A** | superne] suprone **V** *a.c.* | adpunctus] adpuctus **P A** *a.c.*, adpuctos **V** *p.c.*, adpunctum **M** | hisdem] isdem **A**, his **V** *p.c.* **M** | dubitatur] debitatur **G**, putatur *scriba scripserat in* **H** *deleveratque, deinde* dubitatur *scripsit* utrum] **P** *eras.*, **G** *om.* | utrum … 15 apponi] **M** *in ras.* **15** nec] an **V** *p.c.*, necne **M** **16** Limniscus] Limnicus **H G** | id est] est **B** | geminos] germinos **P V A** punctos] punctus **A** *a.c.* **G**, puctos **P V** *a.c.* | opponitur] apponitur **H B** **17** sed] sed et **B** | diuersis] diuersos **P** *a.c.* **19** Antigrafus] Antigrauus **G** | puncto] pucto **P** | ubi] ubi ubi **P V** *a.c.* | translationibus] traslationibus **A**

---

**3** hac] ac **Etym.** **5** distinctionem] distinctiones **K** | storiis] historiis **Etym.** **7** ab$^2$ … 8 quae] in his quae **Etym.** **8** inlucescerent] inlucescant **Etym.** **9** uidebatur] uidentur **Etym.** **11** Obolos] Obolus **Etym.** **12** falsitata] falsitate notata **Etym.** **15** nec] necne **Etym.** | apponi] *in* γ *sequitur* Falsitate notatum est **16** Limniscus] Lemniscus **Etym.**

※— Asteriscus cum obolo. Hac nota proprie Aristarchus utebatur in his uersibus qui non suo loco positi erant.

⌈ Paragraphos inter uersus ponitur ad separandas res a rebus quae in quo nexu concurrunt quemadmodum in catalago loca a locis et regionibus, in agone praemia a praemiis, certamina a diuersis certaminibus separentur.

[⌉ Positura est figura paragrafo contraria, et ideo sic formata, quia sicut illa principia notat, ita ista fines a principiis separat.]

◡̇ Anfibolen circuli pars inferior cum puncto. Haec nota ponitur in his locis ubi quaestio dubia uel obscura aperiri uel solui non potuit.

Ↄ Antisma ponitur ad eos uersus quorum ordo permutandus est. Sic et antiquis auctoribus positum inuenitur.

Ͽ Antisma cum puncto ponitur in his locis ubi in eodem sensu duplicis uersus sunt et dubitatur qui potius eligendus sit.

---

**21** Asteriscus] Astericus **P** | obolo] hobolo **P**, obelo **H** *p.c.* **B** | Hac nota] haec notam **P G H**, haec notum **V** *a.c.* **A** | Aristarchus] Aristurcus **V** *a.c.*, Asteriscus **G** **23** Paragraphos] Paragrafus **V A B**, Paragrofos **G** | quae] quia **V A**, qui **B** | quo … 24 nexu] quo nexa **V** *a.c.* **A**, conexa **V** *p.c.*, connexu **M B** **24** catalago] catulago **V** *a.c.* **A**, catelogo **M**, catalogo **H B** | loca] locos **B** | et regionibus] et regiones a regionibus **M** *p.c.* **B** **25** a$^{2}$ … certaminibus] aduersis cartaminibus **A**, a certaminibus diuersis **B** | separentur] separantur **B** **26** Positura … 27 separat] **H** *mg. add.*, Possiturae figura paragrapho contraria et ideo sic formata, quia sicut illa principia nota, ita ista fines a principiis separatur **M** *mg. add.* **28** Anfibolen] Anfibolem **A**, uel cryfia **M** *add. sup. lin.* | puncto] punctu **H** **29** uel solui] **G** *om.* potuit] *in* **B** *sequitur* Positurae figura paragrapho contraria et idem sic formata, quia sicut illa principia a nota, ita ista fines a principiis separantur, *in* **H** *sequitur in marg.* Crifia circuli pars inferior cum punctu ponitur in his locis ubi quaestio dura et obscura aperiri uel solui non potuit **30** Antisma] Antisima **H**, Antisimma **M** *p.c.* **B** | uersus] uersos **P** | permutandus] permotandus **M**, permittendus **B** Sic … 31 auctoribus] Sic et antiquis a ueteribus **P**, Sic et antiquis a uetoribus **V** *a.c.* **A**, Sicut ab antiquis auetoribus **V** *p.c.*, Sic et antiquis a ueterioribus **H**, Sic et in antiquis auctoribus **M** *p.c.*, Sicut et in antiquis auctoribus **B** **32** Antisma] Antisima **H**, Antisimma **M** *p.c.* **B** | cum puncto] compuncto **V** *a.c.* **M** *a.c.?* sensu] sensus **G** | duplicis] duplices **V** *p.c.* **M B**, dublicis **A**, duplis **G** **33** uersus] uersas **A V** *a.c.* | qui] quis **M B** | potius] potuis **A** *a.c.*

---

**21** Hac nota] hanc **Etym.** **23** inter uersus] *desinit in* **Etym.** | quo … 24 nexu] connexu **Etym.** **24** catalago] catalogo **Etym.** | et regionibus] et regiones a regionibus **C K** **26** Positura … 27 separat] *adest* **Etym.** | illa] ille **Etym.**, illa **T** **28** Anfibolen] Cryphia **Etym.** **29** dubia uel] dura et **Etym.** **30** Antisma] Antisimma **Etym.** | Sic … 31 auctoribus] Sic et in antiquis auctoribus **Etym.** **32** Antisma] Antisimma **Etym.** | duplicis] duplices **Etym.**

> Diple siue antilabda. Hanc primus Leogaras Siracusanus posuit Homericis uersibus ad separationem Olympi a caelo. Hanc quoque nostri eclesiastici uiri utuntur in codicibus ad designanda testimonia diuinarum Scripturarum quae ob dictorum confirmatione exempli causa interponuntur.

⋗ Diple persticon. Hanc primus Leogarus Siracusanus posuit Homericis uersibus ad separationem Olympi a caelo.

⋗ Diple prestigmen id est cum geminis punctis. Hanc antiqui in his opponebant quae Zenodotus Efesius non recte adiecerat aut detraxerat aut permutauerat. In his et nostri ea usi sunt.

⩾ Diple obolismene interponitur ad separandos in comediis uel tragoediis periodos.

-? Auersa obolismene, quotiens strophe et antistrophos infertur.

---

**34** Diple] Duple **G** | siue] uel **G** | Hanc … 35 caelo] *desinit in* **M B** | Leogaras] Leogarus **P G** *p.c.*, Leigarus **G** *a.c.* **35** Hanc … 37 Scripturarum] Hanc scriptores nostri apponunt in libris ecclesiasticorum uirorum ad separanda uel ad demonstranda testimonia diuinarum scripturarum **M** *in ras.* **B** | nostri] nostris **A** *a.c.* **36** eclesiastici] ecelesiastici **A**, ecclesiasti **G** | codicibus] quo dibus **A** *a.c.* ad designanda] ad designan **A** *a.c.*, ad de signa **A** *p.c.* **37** confirmatione] confirmationem **V** *p.c.* **M B** **38** Diple] Diplex **P** *a.c.*, Deple **V** *p.c.* **A** | Diple … 39 caelo] *desinit in* **G** | persticon] prosticon **P M**, pesticon **B** | Hanc] **B** *om.* Leogarus] Leogaius **V A**, Leogaras **H B** | Homericis] Homerici **P** *p.c.* **40** prestigmen] grestimen **G**, prestimen **H**, perstigmine **B** | geminis] genuinis **B** punctis] conpunctus **P V** *a.c.* **A G**, punctus **H** **41** opponebant] apponebant **V** *p.c.* **M B** | aut[1]] uel **G** **42** permutauerat] permotauerat **M** | et nostri] enim si **V A** | ea usi] euasi **P H M**, etiasi **G** **43** obolismene] obilismene **G**, obelis mere **B** | ad] a **A** *a.c.* | separandos] separandas **B** | comediis] conmendis **A** *a.c.* | tragoediis] trogoediis **A** **44** periodos] periodis **A** *a.c.* **45** obolismene] obelis mere **B** quotiens] interponitur quotiens **B** | antistrophos] antistrophus **M B**

---

**35** Hanc … 37 interponuntur] Hanc scriptores nostri adponunt in libris ecclesiasticorum uirorum ad separanda uel ad demonstranda testimonia sanctarum scripturarum **K L[1]**, Hanc … separanda uel demonstranda … scripturarum **B C T** **38** persticon] peristicon **T**, persticon **B[1]**, plecticon **C**, persticon ex praesticon **K L**, peristincon **A** | primus] prius **K[1] L** | Leogarus] Leogoras **Etym.** **40** prestigmen] peristigmene **Etym.**, perstigmen **T**, perstrigimene **A** **41** opponebant] apponebant **C K** **45** antistrophos] antistrophus **Etym.**

 Auersa cum obolo ad ea ponitur quae ad aliquid respiciunt ut: Nosne tibi Frigiae res euertere fundo conamus? nos? animis heros qui Troas a uiuis obiecit?

 Diple superne obolata ponitur ad conditiones locorum ac temporum personarumque mutatas.

 Recta et auersa superne obolata ponitur finita loco suo monade significantes similem sequentem quoque esse.

 Ceraunium ponitur quotiens multi uersus inprobantur nec per singulos obolantur. Ceraunium enim fulmen dicitur.

 Crisimon. Haec sola ex uoluntate uniuscuiusque ad aliquid notandum ponitur.

 Pietro. Haec apponitur quotiens uel emendatio uel sensus uersuum sollicitius est inspiciendus.

 Pietro id est frontis ubi aliquid obscuritatis est ob sollicitudinem ponitur.

[ Ancora superior ponitur ad aliquid praecipue dictum.]

 Ancora superior ponitur ubi aliqua res magna omnino est.

 Ancora inferior ubi aliquid uilissime uel inconuenientius denuntiatum est.

 Cronis tantum in fine libri apud omnes positum inuenitur.

---

**46** Nosne … 48 obiecit] Virg. *Aen.* 10, 88

---

**46** Auersa] Aduersa **V A** | Auersa … obolo] Auersarum obelo **B** | ut … 48 obiecit] *desinit in* **B** | Nosne … 48 obiecit] Nosne tibi Frigieris **P G M** *a.c.*, Nos nec ibi **A**, conamur **B**, conaminos **G** **49** obolata] obolan **V A** | ac] hac **P V** *a.c.* **A** *a.c.* **50** mutatas] motatas **M**, mutatus **V A** **51** Recta … auersa] Recta et uersa **P G**, Recta et aduersa **H M** | ponitur] sonitur **A** *a.c.* **52** significantes] significante **M** *p.c.* **B**, significanter **A** | quoque] **M** *p.c.* **53** Ceraunium] Ceraunum **G M** | per] pro **V** *a.c.* **A** *a.c.* **54** Ceraunium] Ceraunius **G M** | fulmen] flumina **V** *a.c.* **A**, flumen **V** *p.c.* **55** Crisimon] Crisomon **G M**, Crismon **B** **57** Pietro] Peitro **B** Haec … 58 inspiciendus] hoc ponitur quotiens emendatio uel sensus uersuum sollicitus inspiciendus **B** | apponitur] ponitur **M B** | emendatio] emedatio **P V** *a.c.* **58** sollicitius] sollicitus **G B** **59** Pietro] Peitro **B** | frontis] fortis **V A B** | ob] **P G M** *a.c. om.* **60** Ancora … dictum] *desinit in* **G M B** | ad aliquid] ubi aliqua **A** *a.c.* praecipue] praecipuum **V** *p.c.* **A**, praecipum **V** *a.c.* **62** inferior] superior **V A** **63** est] *expunctum in* **P** **64** Cronis] Cronis nota **B**

---

**46** Auersa] Aduersa **K** $\mathbf{L^1}$ **T** | Nosne … 48 obiecit] Nosne tibi Phrygiae res uertere fundo conamur? nos? An miseros qui Troas Achiuis obiecit? **Etym.**, tibi fluxas frigeres uertere **B**, animiseros **T** **51** Recta … obolata] Diple recta et aduersa superne obolata **Etym.**, auersa **A B C T** **52** significantes] significatque **Etym.**, significante **A** **54** obolantur] obolatur **Etym.**, obolantur **C1 T** **59** Pietro] Phi et Ro **Etym.** **64** Cronis] Coronis nota **Etym.**

ʃ Alogus nota ad mendas adhibetur.

Fiunt et aliae notulae librorum pro agnoscendis his quae per extremitates paginum exponuntur ut, ubi lector in liminare huiusmodi signum inuenerit ad textum recurrens eiusdem sermonis uel uersiculi sciat esse expositionem, cuius similem superiacentem notam inuenerit.

DE NOTIS DISTINCTIONVM

Item in sententiis pronuntiandis quasdam distinctionum particulas oratores utuntur. Has Graeci thesis uocant, grammatici posituras. Quarum diuersitas punctis diuerso loco positis demonstratur.

Vbi enim in initio pronuntiationis necdum plena pars sensui est, et tamen respirare oportet fit comma, id est particula sensus, punctusque ad mediam litteram ponitur et uocatur media distinctio ut: Arma uirumque cano.

Vbi autem in sequentibus iam sententia sensum praestat sed adhuc aliquid superest de sententiae plenitudine fit cola, imamque litteram puncto notamus et uocatur subdistinctio.

Vbi uero iam per gradus pronuntiando plenam sententiae clausulam facimus, fit periodus punctumque ad caput litterae ponimus et uocatur distinctio.

---

**76** Arma … cano] Virg. *Aen.* 1, 1

---

**65** Alogus … adhibetur] Alogus uel Alontus nota, quae ad emendandas adhibetur **B** | nota] nota quae **M B** | mendas] mensas **G** | adhibetur] adibetur **P** *p.c. eras.* **V** **66** aliae] alias **A** | notulae] notae **B** | librorum] librum **P G** | per] pro **V A G** extremitates] exterminatas **V A** **67** paginum] paginas **V** *p.c.*, paginarum **M B** ut] et **B** | liminare] liminari **A**, limenare **M**, illuminari **B** | huiusmodi] **A** *p.c.* **68** uel] **B** *om.* | uersiculi sciat] uersiculis ciat **V** *a.c.* **A** *a.c.* **69** superiacentem] sui proiacem **V** *a.c.* **A**, sui periacem **P** H, sui periacentem **G M** *a.c.* | notam] notum **V A** **70** DE … DISTINCTIONVM] **G** *om.* | DISTINCTIONVM] distinctionuum **A** *a.c.* **71** sententiis] sentinis **A** *p.c.*, sentiis **A** *a.c.* | pronuntiandis] **M** *p.c.* quasdam] quasidum **V A**, quibusdam **B** **72** grammatici] gramatisi **A** *a.c.* Quarum … 73 positis] **A** *add. in marg. inf.* **73** diuerso … positis] diuerso positis **H**, diuerso loco **B** **74** in initio] initio **G M B** | sensui] sensus **V** *p.c.* **B**, sensiui **A** et tamen] e tamen **P**, etumen **V** *a.c.* **A** **75** comma] conmo **P V** *a.c.* **A** *a.c.*, commo **H** | mediam … 76 litteram] media littera **P A H** 77 Vbi … 78 notamus] Vbi a sequenti sententia iam sensum praestat, sed ubi adhuc aliquid superest sententiae plenitudini, fit cola, unamque litteram puncto notamus **B** **80** per] pro **V** *a.c.* | clausulam] clausolam **P A** *p.c.*, clausolum **V** *a.c.* **A** *a.c.*, clausulum **V** *p.c.* **81** periodus] perhiodos **M** | punctumque] ponecumque **A**, punecumque **P V** *a.c.* ponimus] **V** *p.c*

---

**65** nota] nota quae **K L** **67** paginum] paginarum **Etym.** **72** grammatici] Latini **Etym.** **74** in initio] initio **Etym.**, in initio **K** **75** mediam] imam **Etym.** **76** media distinctio] subdistinctio **Etym.** **78** imamque] mediamque **Etym.**

[DE NOTIS ACCENTVVM APVD GRAMMATICOS

Acutus accentus nota per oblique ascendens in dexteram partem.

Grauis nota a summo in dexteram partem descendens.

Circumflexus nota de acuto et graui facta.]

DE NOTIS VVLGARIBVS

Vulgares notas Ennius primus mille et centum inuenit. Notarum usus erat ut quidquid pro contentione aut in iudiciis diceretur librarii scriberent conplures simul stantes diuersis inter se partibus quod quisque uerba et quo ordine exciperet. Romae prius Tullius Tiro Ciceronis libertus commentatus est notas, sed tantum praepositionum, post eum Visanius, Filargius et Aquila libertus Maecenatis alius alias addiderunt. Deinde Seneca contractu omnium digestoque et aucto numero, opus efficit in quinque milia. Notae autem dictae eo, quod uerba uel syllabas praefixis caracteribus notent et ad notitiam legentium reuocent, quas qui didicerunt proprie iam notarii appellantur.

DE NOTIS IVRIDICI

Quaedam autem litterae in libris iuris uerborum suorum notae sunt, quo scriptio celeris breuiorque fiat. Scribebatur enim uerbi gratia per B et F bonum factum, per S et C senatus consultus, per R et P respublica, per P et R populus

---

**83** per] pro **V** *a.c.* **A** | ascendens] iacens **G** | dexteram partem] dextera parte **P A G** **84** in … partem] in partem dexteram **G** **85** et] ex **A** **86** DE … VVLGARIBVS] **G** *om.* | DE … 93 milia] *desinit in* **M B** | VVLGARIBVS] VVLGALIBVS **P V** *a.c.* **87** Ennius] Ennias **V** *a.c.* **A** **88** quidquid] quicquid **A G** | iudiciis] iudiis **V A** | librarii] librariis **P V A** | scriberent] scribent **A** **89** simul] simus **P** *a.c.* | uerba] uerbo **V** *p.c.* | quo] **V A** *om.* **90** prius] **P** *p.c. eras.* commentatus] commendatus **P** *a.c.* **G** *a.c.* **91** Visanius] Visamus **V A**, Visanus **G** | Filargius] **V** *p.c. eras.* **92** alius] aliis **G**, alii **V** *p.c.* **H** | contractu] contractus **P G**, contractei **H** | digestoque] digesto quae **G** **93** aucto] auctoque **V** *p.c.* **A**, autoque **V** *a.c.* | efficit] effecit **V A H** | quinque] quique **P** *a.c. sup. lin.* | Notae] Noctae **V** *a.c.* | Notae … 95 appellantur] *desinit in* **B** **94** praefixis] praexis **V** *a.c.* **A** *a.c.*, pressis **A** *p.c.* | caracteribus] caraoteribus **P V A** *a.c.*, caraateribus **A** *p.c.*, carecteribus **M** | et] ea **V A** **95** quas] quos **G** **96** DE … IVRIDICI] **G** *om.* IVRIDICI] iuridicis **H B**, iuridicii **M** **97** libris] libros **A** | iuris] **G** *p.c. eras.* quo] quae **M** **98** celeris] celebris **B** | breuiorque] breuorque **A** *a.c.* | Scribebatur] Scribantur **H** | uerbi] uerba **P V** | per] pro **V** *a.c.* **99** per[1]] pro **V** *a.c.* | consultus] consultum **B** | per[2]] pro **V** *a.c.* | respublica] resbuplica **V** | per[3]] pro **V** *a.c.* | et[3]] **A** *om.*

---

**82** DE … GRAMMATICOS] **G** *om.* | DE … 85 facta] *desinit in* **H M B** | GRAMMATICOS] gramaticus **P** **89** stantes] astantes **A**, stantes **B T**, adstantes **C K** | diuersis] diuisis **Etym.** **90** prius] primus **Etym.** | commentatus] commentus **T**, commentatus **A B C K** **91** Visanius] Vipsanius **T**, Virsanius **U**, Vipersamnius **A1 B**, uir samnius **K L A**[2], Vipsamnius **C** **92** contractu] contractus **K**[1], contractos **L**, contractu **A B C T** **93** efficit] effecit **A B**, efficit **A K T U** **96** IVRIDICI] iuridicis **Etym.** **99** consultus] consultum **Etym.**, consultus **A C T**

Romanus, per D et T dumtaxat, per supinam M W litteram mulier, per P secundum naturam pupillus, per A uerso capite pupilla, per unum K kaput, per duo kappa iuncta KK kalumniae causa, per I et E iudex esto, per D et M dolum malum. Cuius generis plurimae consimiles notae in libris antiquis inueniuntur. Has iuris notas nouicii imperatores a codicibus legum abolendas sanxerunt, quia multos per haec callidi ingenio ignorantes decipiebant, atque ita iusserunt scribendas in legibus litteras, ut nullos errores nullas ambages efferant, sed sequenda et uitanda aperte demonstrent.

DE NOTIS MILITARIBVS

In breuiculis quoque quibus militum nomina continebantur propria nota erat apud ueteres quia inspiceretur quanti ex militibus superessent quantique in bello cecidissent. Tau nota in capite uersiculi posita superstitem designabat. Theta uero ad uniuscuiusque defunctionem adponebatur. Vnde et habet per medium telum id est mortis signum, de qua Persius ait: Et potis est nigrum uitio praefigere theta. Cum autem in pueritiam significare uellent labda littera usi sunt

---

**113** Et … 114 theta] Persius, *Saturae* 4, 10

---

**100** per[1]] pro **V** *a.c.* | per[2]] pro **V** *a.c.* | supinam … mulier] supitwm M W litteram mulier **A** *a.c.*, sopinam W litteram mulier **M**, supinam litteram mulier **B** | per[3]] pro **V** *a.c.* **101** pupillus] pipillus **A** *a.c.* | per[1]] pro **V** *a.c.* | uerso] **V** *p.c.* | per[2]] pro **V** *a.c.* | kaput] captus **B** | per[3]] pro **V** *a.c.* **A** **102** duo … KK] duo kappa KK **H**, duo KK kappa iuncta **M B** | per[1]] pro **V** *a.c.* | per[2]] pro **V** *a.c.* | dolum … 103 malum] dolum et malum **B** **103** plurimae consimiles] complures similes **B** consimiles] consiles **A** *a.c.* **104** codicibus] quodicibus **A** *a.c.* | quia … 107 demonstrent] quia multos per haec ignorantes decipebant **M**, qui multos per haec ignorantes deceperunt **B** **105** multos] moltos **A** | per] pro **V** *a.c.* | iusserunt] ius serunt **A** *a.c.* **106** nullos] nullus **P G** | nullas] nullus **G** | ambages] ambaies **P** sed … 107 sequenda] sedquenda **A** *a.c.* **107** aperte] aperta **P G** **108** DE … MILITARIBVS] **G** *om.* **109** breuiculis] breuicolis **V** *a.c.* | propria … erat] proprie nota erat **V** *a.c.*, propriae notae erant **G** *p.c.* **M B** **110** quia] quibus **G**, quo **B** **111** Tau] *T littera add. sup. lin. in* **A**, *add. in marg. ext. in* **G** | in … posita] *in* **P** *dittographia adest* in capite uersiculi positae uersiculi posita | superstitem] supraestitem **P A** *p.c.* **M**, sprestitem **A** *a.c.* | Theta] *Θ littera add. sup. lin. in* **A**, *add. in marg. ext. in* **G** **112** uniuscuiusque defunctionem] unius defunctionem cuiusque **V A**, uniuscuiusque defunctionemen **P**, unuscuiusque defuncti nomen **H** **113** mortis] motis **A** *a.c.* | Persius] Prosius **V** *a.c.* **114** praefigere] perfringere **B** Cum] quam **P G**, quum **V** | Cum … 121 litterae] *desinit in* **M B** | labda] lauda **G**

---

**100** supinam … mulier] supinam W litteram mulier **T**, supinam M litteram mulier **A B C**, supinam M litteram mulier W **K L** **101** A uerso] P auerso **B** **102** duo … KK] duo KK iuncta **β**, duo kappa iuncta **α γ** **103** Cuius … inueniuntur] Cuius generis plurimas consimiles notas in libris antiquis inuenimus **K L**, Cuius … inueniuntur **A B C T** **106** efferant] afferant **Etym.** **107** demonstrent] demonstrarent **A β**, demonstrent **B C T** **110** quia] qua **Etym.** **112** uniuscuiusque defunctionem] uniuscuiusque defuncti nomen **Etym.** **114** in pueritiam] inperitiam **B K L**, in pueritiam **T**, inpuritiam **U C1** | labda] lauda **K L**, lauta **B**

sicut mortem significabant cum ponebant theta ad caput. In stipendiorum quoque largitione propriae erant notae.

DE NOTIS LITTERARVM

Notas etiam litterarum inter se ueteres faciebant, ut quicquid occulte inuicem scripturas significare uellent mutue scriberent. Testis est Brutus, quibus in his litteris ea quae acturus erat notabat, ignorantibus aliis quid sibi uellent esse litterae. Caesar quoque Augustus ad filium quoniam inquit innumerabilia incidunt assidue quae scribi alterutrum oporteat et esse secreta, habeamus inter nos notas si uis tales, ut cum aliquid notis scribendum erit, pro unaquaque littera scribamus sequentem hoc modo pro A B, pro B C et deinceps eadem ratione ceteras pro Z autem littera redeundum erit ad duplex AA. Quidam etiam uersis uerbis scribunt.

DE NOTIS DIGITORVM

Sunt quaedam et digitorum notae, sunt et oculorum, quibus secum taciti proculque distantes conloquuntur, sicut mos est militaris, ut quotiens consentit exercitus quia uoce non potest, manu promittat. Alii quia uoce non possunt

---

**131** Quasi ... 134 litteras] Naevius, *Comoediarum fragmenta, Tarentilla* II

---

**115** mortem] moru **G** | cum ponebant] componebant **P G**, cum ponebent **A** *a.c.* **116** largitione] **P** *p.c. in ras. manu recentiori* **117** DE ... LITTERARVM] **G** *om.* **118** Notas] Notis **P A G** | litterarum] litteram **P**, litterum **A** *a.c.* | quicquid] quidquid **P V** **119** scripturas] per scripturas **V** *p.c.* | est Brutus] Brutus est **V A** **120** acturus] hacturus **V** *p.c.* | esse] ee **P**, et ae **V A**, ae **H** **121** Caesar ... 126 scribunt] Cesar Augustus ad filium: inter nos notas si uis tales ut cum aliquid notis scribendum erit, pro unaquaque littera scribamus, sequentem hoc modo pro A B, pro B C et deinceps eadem ratione caeteras, pro Z autem littera redeundum erit AA duplex. Quidam etiam uersibus scribunt **M**, Caesar Augustus ad filium: inter nos notas si uis tales, ut cum aliquid notis scribendum erit, prolixa quoque litera scribamus, sequente hoc modo etc. A.B. pro B.C. et deinceps eadem ratione caeteras per Z.Ä. litera redeundum erit, A.A. duplex; quidam etiam uersibus scribunt **B** | Augustus] Agustus **P V A** *a.c.* **122** assidue quae] assidueque **H** oporteat] oportetur **V A** **123** cum] quum **V** *p.c.* **124** pro[1]] per **A** *p.c.* | ratione] rationem **PA** **125** ad] a **PV** *a.c.* **A** *a.c.* **H** **126** uerbis] **G** *om.* **127** DE ... DIGITORVM] **G** *om.* | DE ... 135 loquitur] *desinit in* **M B** **128** taciti] tacti **A** *a.c.*, tacitu **G** *a.c.*, tacito **G** *p.c.* **129** distantes] distantis **P** *a.c.*, distantas **V** *a.c.* **A** *a.c.* **130** uoce[1]] uocem **P V** *a.c.* **A** *a.c.* **G** *a.c.* | manu] mane **A** *a.c.* | uoce[2]] uocem **P V** *a.c.* **A G M B** | possunt] pos **P**, post **V** *a.c.* **A**, potest **G** *a.c*

---

**119** scripturas] per scripturas **Etym.** | quibus ... 120 litteris] qui in his litteris **T**, quibus in litteris **K**, quibus in his **A[1] B C[1]** **120** esse] haec **Etym.** **122** incidunt] accidunt **Etym.**, incidunt **A B C** **128** taciti] tacito **T**

gladiorum motu salutant. Ennius de quadam inpudica: Quasi in choro pila ludens datatim dat sese et communem facit. Alium tenet, alii nutat, alibi manus est occupata, alii peruellit pedem, alii dat anulum expectandum, a labris alium inuocat, cum alio cantat adtamen aliis dat digito litteras. Et Salomon: Annuit oculo, terit pede, digito loquitur.

---

**134** Annuit … 135 loquitur] Prov. 6, 13

---

**131** gladiorum motu] motu gladiorum **V A** | choro] quoro **P V** *a.c.* **H**, coro **A** pila] copia **A** *a.c.* **132** alii nutat] alium mutat **G** | manus] manu **A** *a.c.* **G** **133** occupata] occupatus **P G** | peruellit] prouellit **V** *a.c.* **134** adtamen] **G** *om.* aliis] alius **G** **135** terit] teret **P V** *a.c.* **A**

---

**132** alii nutat] alii adnotat **α**, alium adnotat **β**, alii adnutat **T** U, alii nutat **V** | manus] manum **T** **135** terit] teret **C**$^1$ **K T W**, terret **A**